



VIRO
Plurimum Reuerendo, Amplissimo, Doctissimo
DOMINO
M. CHRISTOPHORO
HAYMANNO

illustris scholae Portensis
DIACONO ATQVE COLLEGAE EXTRAOR-
DINARIO
 recens creato

nouam prouinciam ipsi publice demandatam
 XIV. Kal. Mai. A. R. S. clolcccxxxix.
 gratulantur

ALVMNI PORTENSES
 Interprete

IOANNE HENRICO PARREIDT,
 Delitiano.

NVMBVRGI,
TYPIS BALTHASARIS BOSSOEGELII PRIVILEGIUM TYPOGR.



efine, ^{*}Porta, tuo nunc indulgere dolori,
Define, ^{*}Porta, tuas vngue secare genas:
Humentes absterge oculos, absterge do-
lorem,

Detrahe disperfis tristia signa comis.
Hispidam diffugiunt inimicae nubila fortis,
Prouehit, en! laetum mitior aura diem.
Non freta continuo feruescunt turbida fluctu,
Nec timet iratas nauita semper aquas.
Sed taciturna silent, sedatis, littora, ventis
Saepius, et tumidi conticet ira maris.
Quam modo sustinuit mors pallida laedere sedem,
Dum dederat nostrae funera moesta scholae:
Hanc HAYMANNVS adit felici fidere, damnum
Flebile qui docta vult reparare manu.
Indue, Porta, tibi testantem gaudia vultum,
Indue, laetitiae conuenit ille dies.
Fallor? an optati surgunt ad sidera plausus,
Laetificoque sonat filuaque monsque sono?
Salides subito exultant, et gaudia Musae
Pectore concipiunt intemerata suo.
Sala amnis, nostros cursu qui diuidit agros,
Laetius irriguas voluere coepit aquas:
HAYMANNVM postquam vigili priuata magistro
Munia non timido corde subire videt.

Nos quoque sentimus reparati gaudia damni,
Rite quibus Musas hic coluisse licet.
Qualia nauifragus sub pectore gaudia carpit,
Quem disiecit atro longa procella falo:
Quum profert vultus proles Ledaea serenos,
Nec trifidum rutilo fulmen ab axe ruit:
Talia iam nostras pertentant gaudia mentes,
Mentes, quas tenuit squallidus ante dolor.
Ante ea nos soliti precibus votisque pacisci,
Ut liceat fato prosperiore frui.
Nos soliti miseras ad coelum tendere palmas,
Et dare turicremis tura Sabaea focis.
Saepe querebamus tardos decedere soles,
Et nimium longas nos tolerare moras.
Saepe his vacuas votis repleuimus auras:
Quando venit nostris mollior hora malis?
Quando erit illa dies, qua nostras intret in oras,
Auxiliatrices qui ferat vsque manus?
Nunc, nunc, Porta cito veniunt pede tempora, votis
Tempora quae fuerant saepe petita tuis.
HAYMANNVS nuper nostras properauit ad oras:
Spe subito refouet pectora nostra noua.
Non decet obducti rursus meminisse doloris,
Vulnus et audaci refricuisse manu.
Multa quidem rapuit rapidae violentia mortis,
Weidnerum gelida quae tumulauit humo.

Multa tamen retulit placidi clementia coeli,
HAYMANNVM nostrae quae dat ades se scholae.
Cui faultrice manu mores Natura verendos,
Et raras dotes ingeniosa dedit.
Quem sacra Pierio Pallas nutriuit in antro
Cuius Castaliis os fatiauit aquis.
Quem iuuat penitus Sophiae penetrare recessus,
Quemque tenet verae Religionis amor.
Quem sua commendat doctrinae copia, multas
Qui bene adornato pectore condit opes.
Seu velit e sacris profundero verba cathedris,
Et populo leges explicuisse Dei:
Sive iuuentuti tradat praecepta, iuuaret
Qua sibi virtutem conciliare via:
Magna fluit liquido, scimus, facundia cursu,
Susceptum multus perficit ardor opus.
Hinc nos laetitia laxamus frena, nec vllas
Candida vota sciunt sustinuisse moras.
Ter felix viuas nostris in moenibus, ornent
O HAYMANNE, Tuos prospera fata Lares.
Semina virtutum, teneris quae mentibus infers,
Auspicio crescant vberiora Tuo.
Non prius e viuus abeas, et sidera spectes
Donec Te canis longa senecta tegat.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017






VIRO
Plurimum Reuerendo, Amplisimo, Doctissimo
DOMINO
M. CHRISTOPHORO
MANNO



DIAC

nou

TYI



Portensis
 LEGAE EXTRAOR-
 RIO
 create
 publice demandatam
 s. clccccxxxix.
 RTENSES
 CO. PARREIDT,
 RGI,
 GELII PRIVIL. TYPOGR.

